



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Abbatibus. Tit. 14

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

ipso facto incurrenda, S. Congreg. ut referunt, Sorb. in compend. Mo-
dicant. verb. ingredi monasteria. de Quaranta. d. verb. monasteria mona-
lium. pag. 451. Novar. d. tit. de clausura & accessu Regular. ad mona-
Laur. de Peirinis. de privileg. Regular. tom. 3. ad const. 6. Pii V. num. 6.
& pena peccati mortalis, S. Congreg. die 1. Julii 1606. refer. Corvini
tr. de casib. reservat. part. 2. casu 3. num. 42. Bonac. d. tr. qu. 2. puni-
num. 3. & 4. non nisi à Summo Pontifice aut S. Congregatione abbas
vendi, S. Congr. die 7. Novembr. 1605. Barbof. d. lib. & cap. num. 159
puniantur.

TITULUS XIV.

De Abbatibus.

SUMMARI A.

- | | |
|------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------|
| 1. <i>Officiales Religiosorum qui.</i> | 8. <i>In Canonibus dicuntur Prelati.</i> |
| 2. <i>De voce Abba & Unde descendat.</i> | 9. <i>Quidam sunt inferiores.</i> |
| 3. <i>Quando cepit apud Christianos.</i> | 10. <i>Quidam Commendatiti.</i> |
| 4. <i>Quomodo dicatur Gracis.</i> | 11. <i>Abbates Regulares quotuplices.</i> |
| 5. <i>Abbatum quidam Seculares quidam Regulares.</i> | 12. <i>Abbatum nomina quot Ordinum commendatura.</i> |
| 6. <i>Seculares qui. Quorum.</i> | 13. <i>Quae ad Eorum Electionem specialia. Quae Eligentes.</i> |
| 7. <i>Quidam habent jurisdictionem Episcopalem.</i> | |

COR
De Pe
er Benet

G

- | | |
|---------------------------|--------------------------|
| 14. Quoad Eligendos. | os Monachos. Quam |
| 15. Electio quibus compe- | habeant tamen potesta- |
| petat. | tem. |
| 16. In Gallia. | 22. Quam in absolutioni- |
| 17. Electi confirmandi: A | bus. |
| quibus. | 23. In dispensationibus. |
| 18. Conventuales à qui- | 24. Quam Episcopalem |
| bus. | jurisdictionem habent- |
| 19. Perpetui benedicendi: | tes. |
| Aquo. Quando. | 25. Ad qua teneantur ex |
| 20. Abbates & Episcopi | officio. |
| in quibus differant. | 26. Quae eis interdican- |
| 21. Abbates nondum bene- | tur. |
| dicti non benedicunt su- | |

Actenus de Religiosis ipsis, dicendum nunc de earum
Præpositis & Religionum Magistris, per quos reguntur.

Sunt *Abbates*, De quibus tractabimus primò, in spe-
 cie, propter eorum dignitatem; vel *Præpositi* sive *Magi-*
stri Generales, item *Provinciales*, ac *Priores* sive *Rectores*, & si-

Fuit *Abba* vox prima secundum aliquos, ex quo prodiit *Papas* 2
 6 mutato in *p*, & *a* prima vocali sublatâ. Patrem Hebraei vocant
 28 *ab*, cui nomini Chaldaei & Syri more suo in fine addunt *8*, *a*, unde
 factum *828* *abba*.

Incepit *titulus* hic & appellationis forma in religione Christiana 3
 3r. Anachoretis Syris, qui suos *Duces* & *Præpositos* nomine patrio
Abbates dicebant: Et fuit hoc nomen primùm tributum Monachis &
 solitariis venerationis causa ab iis, qui se noverant haberi & edoceri
 nunquam filios. Postea tamen apud quosdam venit in ambitionem, &
 nonnul-

VINUS
 PERSONIS
 Ecclesiarum

IV.

2

nonnulli ira vocari, ex superbia volebant. In quos, superbia deest status, in vchitur D. Hieronymus. *in epist. ad Galat. cap. 4.* cum ait *Cum autem Abba, Pater, Hebr. & sermone Syrioque dicatur, & Dominus noster in Evangelio precipiat, nullum Patrem esse vocandum nisi Deum. D. Matthæo cap. 23. nescio qua licentia in monasteriis, vel vocemur nomine alios, vel vocari nos acquiescamus.* Loquitur de iis, qui nulla aliorum cura donati, præpositi nullis, se ista nominari desiderabant. Traiit namque hoc nomen in Dignitatem & Monachorum præpositi ram; quod idcirco ab aliis quam à Præpositis certis usurpari verè stultitia & gloria nequit, sollicitudinis potius, quam honoris appetitio. *Gloss. in c. tuam. verb. non ascendet. de arate & qualis. oratione ubi Innoc. in sine. Abb. num. 3. vers. in eo. Gloss. in can. accedens. dist. Rota tom. 3. decis. 9. num. 8.*

4 Dicitur itaque *Abbas* olim Græcis prisco nomine ἀρχιμανδριτης Archimandrita, in l. nos Reddentes. §. omnes. 2. C. de Sum. Trinit. quod stante Tyrannorum persecutione Christiani in sylvas, eremum secedebant, aut in speluncis, quæ Græcis μανδραῖς dicuntur, se conabant: *D. Paul. in epist. ad Hebræos cap. II. circa fin.* undè qui eis præstant, nominati sunt *Archimandrita*, quasi eorum, qui habitant in cavernas, Principes vel Principes, Gregis.

Quare retento hodie nomine ratione vitæ solitariae, quam eligunt illi quibus præstant, *Abbat*, *Archimandrita* dicuntur. Item & ἐρασιμαρχος *Heteriarcha*: Siquidem apud Suidam ἐρασιμαρχος dicitur εἶναι ἀρχοντα ἀρχων, *Princeps Sodalitii.*

5 *Abbatum* quidam sunt *Seculares*, quidam *Regulares*; *Gloss. in c. transmissa. de renunc. & in c. cum ad monasterium. de monach. Rebuff. in praxi tit. secularia beneficia quotupl. num. 5.*

6 *Seculares* sunt, qui beneficia Ecclesiastica cum titulo *Abbat* possident. *c. cum de beneficio. ubi Gloss. in fin. de præbend. in 6.*

7 Sunt in statu varii: *Quidam* in subjectos tam Laicos, quam Clericos quasi Pontificalem sive *Jurisdictionem Episcopalem* exercent, signia pontificalia, ut *annulum, mitram, Baculum pastorem*, gestant. Et eorum dignitas Episcopali est proxima: primam dicuntur Episcopum in Ecclesia obtinere dignitatem: *Abb. c. ex ore. num. 3.*

COR
De Person.
et Benef.
G

not. de privileg. Narbona de etat. ad omn. act. hum. requ. anno 25. qu. 57.
 num. 3. Oriedo in praxi Regular. part. 2. tract. 1. cap. un. qu. 2. num. 79.
 & 73. Lezana in sum. Quest. Regular. tom. 3. verb. Abbas. num. 3. ita
 ut in Sacris Conciliis immediatè post Episcopos ipsis, deindè Præla-
 tis aliis, locus debeat: Abb. in c. 2. num. 2. de Judic. & d. c. ex ore. Cam-
 pag. de Concil. cap. 15. num. 17. Castald. in praxi ceremon. lib. 1. sect. 9.
 cap. 1. num. 3. Præ aliis enim sunt honorandi, Zabarel. in Clem. 1.
 num. 3. de rescript. Card. Tusch. tom. lit. A. conclus. 5. num. 3. Habent
 enim dignitatem, & multa cum Prælati communita. c. hac constitutio-
 ne. de offic. deleg. in 6. & Gloss. in can. à Subdiacono. dist. 33. c. ut Aposto-
 lica. de privileg. in 6. can. si quis deinceps. & ibi Gloss. 16. qu. 7. Abbas in
 cap. per tuas. 32. num. 7. in fin. de simonia. & in c. decernimus. num. 2. de
 judic. ubi Decius. num. 4. Felin. in c. meminimus. col. 2. vers. ulterius que-
 re de accusat. Bellam. cons. 5. num. 21. & 22. Tamburin. de Jure Abbat.
 tom. 1. disp. d. 1. qu. 2. num. 6.

Undè & in Sacris Canonibus vocantur Prælati & eorum appel-
 latione veniunt; d. c. decernimus. c. presenti. de offic. Ordin. in 6. c. ut
 apostolica. de privileg. in 6. Dec. in c. edoceri. num. 4. de rescript. & in c.
 pisanos. num. 7. de appellat. Vitalin. in Clem. 1. num. 3. de suppl. negl. Præ-
 lator. Tambur. d. tract. tom. 1. disp. 1. qu. 3. etiam si sint Commendatarii,
 dummodo perpetui. Dec. in d. c. edoceri. num. 4. Gonzalez ad reg. Can-
 cel. 8. Gloss. 3. §. 8. num. 1. Rebuff. cons. 77. num. 1. Tamburin. d. qu. 3.
 num. 4.

Quidam, (prædictis longè inferiores) nec Episcopalem Juris-
 dictionem habent, nec insigniis Pontificalibus utuntur, nec quamvis eor-
 um Abbatia sint dignitates, sequuntur proximi Episcopi dignita-
 tem. Barbof. jur. Eccl. univ. lib. 1. cap. 17. num. 19.

Quidam Commendatitii; seculares Clerici, in commendam Ab-
 batias habentes perpetuò. Cœperunt tempore Leonis IV. fac. can. qui
 pates. 21. qu. 1. Rebuff. in praxi benef. tit. de comm. num. 6. à Clemente
 V. cassati, c. 2. Ext. de pr. abend. ab Urbano VI. & Bonifacio IX. iterum
 permitti; & adhuc sunt. Chopin. in Monast. lib. 1. tit. 1. num. 4. Tam-
 bur. d. tom. 1. disp. 4. qu. 1. cum seqq.

Abbatibus Regulares sunt triplices: Aliqui populorum, & territorium
 habent

VINUS
 TSONIS
 Ecclesiam
 IV.
 Z

habent sibi subiectum in *Episcopalem* & *temporalem* exercentes *Jurisdictionem*; locorum dicuntur *Ordinarii*; ut *Cassinensis in Italia*, *Claudenensis*, & *S. Dionysii in Gallia*, *Ripolensis in Hispania*, alique plures. *Alii*, *Regulares* tantum habentes *subditos*, quorum *praefecti* sunt *regimini* & *gubernationi*: c. *cum ad monasterium. vers. Abbas vero.* c. *in singulis. de statu Monach.* Illique non olim, *can. Abbates. can. Monasteria* 1. 8. qu. 2. *Parorm. in c. ult. num. 1. de Regular.* cum singulorum *Monasteriorum* *Abbatibus* *Episcopis* locorum essent *subditi*; sed hodie, postquam eorum *jurisdictione* *exempti*; aliquando *Generales*, sibi se, tanquam *Supremis*, alias religionis suae *Abbatibus* habentes: qui *Locales* seu *Conventuales* appellantur: *Alii Titulares*, qui licet *regulares* sub se *subditos* non habeant; *Abb. conf. 101. in quest. num. 1. vers. non* *Papa. lib. 1. Card. Tusch. tot. 1. lit. ff. conclus. 3. num. 27.* vel quia *translati* *Monachi* dereliquerunt locum, vel quia *monasterium* est *translatum*, vel alicui *seculari Clerico* *commendatum*; *Pontificalibus* & *Praelatorum insigniis* utuntur.

12 *Abbatum* tot sunt varia nomina, quot sunt *Ordinum*, quibus praeficiuntur *nomenclaturæ*.

Circa *electiones* eorum, ultra quae illis cum aliis *Praelatis* sunt *communia*, de quibus egimus *peculiariter* supra, *tit. 7. de elect. Praelatis* requiruntur quoad *Eligentes multa*, quoad *eligendos plura*.

13 Quoad *Eligentes*: ut sint *eiusdem Religionis*, cuius *Praelatus* est *eligendus*, *expressè* vel *tacitè* *professi*; c. *ex eo. §. in Ecclesiis. de elect. in 6. Sylvest. in sum. verb. electio. 4. num. 5. Cuch. in Instit. major. lib. 2. tit. de elect. num. 94. Tamburin. 8. tom. 1. disp. 5. qu. 8. num. 6. sint in locis constituti; d. c. ex eo. §. in Ecclesiis. Cuch. d. loc. num. 114. Per Gregor. tract. de elect. cap. 7. num. 4. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. qu. 51. art. 5. in fin. Nisi ex *privilegio*, *statuto*, *fundatione*, vel *consuetudine* *voce* habeant. *Gloss. in d. c. ex eo. verb. electionibus. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 91. Tambur. d. qu. 8. num. 8. sint habiles* vide *sup. d. tit. de elect. Praelatis*.*

14 Quoad *eligendos*: ut sint *annorum viginti quinque* *inceptorum*: *fac. cum in curatis. §. inferiora. de elect. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. nemo deinceps. Sigism. à Bononia. de elect. dub. 2. num. 1.*

COR
De Pe
et Benef

G

nes & hunc assertionem. *Did. Narbona tract. de atate ad omnes aet. hu-*
man. requis. an. 25. qu. 57. num. 1. cum seqq. Tambur. 8. disp. 5. qu. 9.
Zabarell. in Clem. generalem num. 7. de statu Monach. Campan. in divers.
Jur. Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 102. cum seq. Narbona d. loc. num. 4. & 5.
professi expressè: cap. nullus. 28. de elect. in 6. Layman. in quest. ca-
non. de pralat. Eccles. elect. qu. 190. in fin. Sigism. de Bonon. d. tr. dub.
90. num. 2. cum seqq. Tambur. d. disp. 5. qu. 10. Azor. Inst. moral.
part. 1. lib. 12. cap. 2. qu. 12. Novar. in lucerna Regular. ver-
bo Abbacia. num. 2. & quidem in ea Religione in qua assumuntur: Clem.
1. de elect. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 21. Zerola in praxi
Episcop. part. 1. verb. Abbatissa. vers. ad quartum. Sigism. à Bonon. d. tr.
dub. 60. num. 4. Lator. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 127.
Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. qu. 52. art. 3. in fin. sint Presbyteri: Pa-
norm. in c. 1. num. 2. & c. tuam. 1. num. 3. de atate & qualis. ordinand. Syl-
vester in Sum. verb. Abbas. num. 1. Fr. Emman. qu. Reg. tom. 1. qu. 15.
art. 2. Zechus de Republ. Eccles. cap. 25. num. 3. Tambur. d. disp. 5. qu.
11. legitime nati: Fr. Emman. d. loc. qu. 13. art. 5. Sayr. de censur. lib.
6. cap. 11. num. 3. Campan. d. tr. rubr. II. cap. 13. num. 117. Barbos.
in collect. ad c. 1. num. 3. cum seqq. de filiis Presbyter. nisi dispentet Pon-
tifex: Beller. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disc. Clericor. §. 3. num. 49.
Sanch. in prac. Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16. & 17. Azor. Instit.
Moral. part. 2. lib. 6. cap. 3. qu. 2. Tambur. d. disp. qu. 14. monasterium
carcat Abbate; can. Clericus. 21. qu. 1. Concil. Cabillon. can. 25. Petr.
Gregor. in Syn. igm. jur. univ. lib. 15. cap. 13. num. 8. nè sint jam Abba-
tes: can. unum Abbatem. 21. qu. 1. c. ult. de Relig. domib. Concil. Tri-
dent. sess. 25. de Regular. cap. 7. vers. duobus. Tamburin. d. disp. 5. qu. 24.
in princ. sint in regimine cauti, humiles, misericordes, discreti & so-
liti: Concil. Triburiens. in can. si quis Abbas. can. Abbatem. 18. qu. 22.
c. tuam. de atate & qualis. ordinand. in regula ejus asceterii competenter
instructi. c. officii sui. 38. de elect.

Ficbat olim, secundum antiquos canones, *Abbatum electio* ab ipso Monasterio & Monachis, quibus erat præficiendus: *d. can. Ab-*
batem. cum seqq. 18. qu. 2. non ab Episcopo, multò minus ab extraneis;
can. 2. cum seqq. can. Abbas. §. ecce. d. caus. & qu. hodie Abbatum Con-
ventualium, electio ab Abbate Generali: hujus à Pontificè, Gloss.
Ecce 2 verb.

VINUS
 TSONUS
 Ecclesiam

IV.

Z

verb. electiones. in c. ut circa. & verb. provisionem. in c. 1. de elect. in 6. Mil. in reperi. verb. Electio. §. 2. Sigism. à Bonon. d. tract. dub. 15. num. 16. Barbof. d. lib. & cap. num. 40.

16 Jure Gallico ut *Episcopatus*, sic *Abbatia* ad *Nominationem* Regiam pertinent, enervata electionis antiquâ formulâ. *Tit. de Reg. ad Pralatur. nominat. in Concordatis, Petr. Gregor. d. lib. & cap. num. 11.*

17 *Abbatibus electi, confirmari debent, & quidem si monasteria erepta sint à potestate Episcopi Diocesani, à Summo Pontifice, vel eorum Legato de Latere: c. cum ad monasterium. de elect. c. Abbatem. eod. tit. c. venerabili. de consuetud. alioquin monasteria, ut & reliqua Dioceses Ecclesiæ, jure communi subsunt Episcopo, & ejusdem correctioni & dispositioni. can. Abbatibus. 18. qu. 2. Et ipse Abbas, si inventur alicujus criminis reus, deponitur ab Episcopo, etiam convocato invito: can. Abbas. can. si quis Abbas. d. c. 18. qu. 2. Neque is res Ecclesiæ suæ alienat Episcopo inconsulto; can. Abbatibus. 12. qu. 2. generaliter, monasteria omnia subjiciuntur, sicut & eorum Ecclesiæ Episcopo in Lege Jurisdictionali, c. conquerente. c. dilectus. de offic. Ordin. can. cognovimus. can. hoc tantum. can. monasteria. 18. qu. 2. can. attendimus. 16. qu. 1. quanquam non subjiciantur Legi Diocesana in illis, quæ jure Monasterii ex facultatibus, & piorum bonis offeruntur. can. cum pro utilitate. 16. qu. 1. can. si ex Laicis quispiam. 10. qu. 1.*

18 Postea ceperunt confirmari *Abbatibus* Conventuales à suis Generalibus, Generales à Pontifice Summo. *Fr. Emman. qu. regular. 1. 2. qu. 52. Barbof. d. lib. & cap. num. 40.*

19 Debent tamen regulariter *Abbatibus* omnes perpetui, qui sunt Monachis, benedici ab Episcopo proprio: c. 1. de supplend. neg. Prelat. c. cum contingat. de atatis & qualitat. ordinand. Novar. in l. 2. Regular. verb. benedicere. num. 8. Azor. in 1. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. qu. 6. Tambur. d. tract. tom. 1. disp. 11. qu. 9. requisito, Clem. 2. statuimus. de statu Monach. in die Dominico vel Festivo; Panorm. in d. cum contingat. num. 3. Felin. in d. c. inter monasterium. num. 2. vers. ista benedictione. de sent. & re judic. Angel. in sum. verb. Abbas. num. 6. Sylvest. eod. verbo num. 4. Castald. in praxi Caremon. lib. 1. sect. 9. cap. 2.

Cor
De Pe
et Benef

G

num. 2. intra annum ab electione computandum, Clem. 2. §. Statuimus de statu monachor. loco consecrationis Episcopalis; c. 1. de suppl. neglig. Pralat. not. in d. Clem. 2.

Quamvis Episcopus & Abbas in hoc differant, etiam cum aliis multis, quod electus, & confirmatus in Abbatem, ante benedictionem dicatur Abbas: d. c. 1. de supplenda neglig. Pralator. c. meminimus. de accusat. & ideo beneficia electi & confirmati in Abbatem, post adeptam possessionem pacificam vacant ante adeptam benedictionem. c. d. multa. de prabend. At Episcopus ante consecrationem vocatur electus, non Episcopus; c. tua. c. nosti. de his que sunt a Pralat. sine cons. Capit. c. nisi specialis. de auctor. & usu Pallii. & potest priora retinere beneficia ad consecrationem usque, donec lapsum fuerit tempus consecrationi concessum. c. cum in cunctis. de prabend. Gloss. in c. si quis. de rescript. in 6.

Consuetudine cessante & privilegio, Abbates de jure debent benedici ad Episcopis proximè Superioribus, priusquam illis liceat benedicere suos Monachos; §. censuit. de elect. & reservat. in pragm. sanct. nisi Episcopus ter requisitus, seu interpellatus, recusasset, sine causa benedicere. c. 1. de suppl. neglig. Pralat. Eo enim casu Abbates, si sint Sacerdotes, d. c. cum contingat. II. de atat. & qu. al. ordin. can. quoniam, viderimus. dist. 69. benedictione non expectata, benedicere possunt, non populo publicè, Hoc enim illorum excedit potestatem; Petr. Gregor. d. lib. & cap. num. 15. S. Congreg. 24. Augusti. 1609. Riccius in praxi rer. Eccl. resolut. 461. part. 1. Ursell. in exam. conclus. legat. concl. num. 129. Novar. in Lucerna Regular. verb. benedicere. num. 15. sed suos Monachos, & officium administrare, olim, si essent exemti, suis subditis, etiam laicis, in quos ordinariam habebant jurisdictionem Ecclesiasticam, c. Abbates. de privil. in 6. Sylvest. in sum. verb. Ordo. 3. num. 2. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 10. Cupers in repetit. c. oportebat. dist. 79. in fin. §. tonsura. num. 6. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 491. num. 1. hodie tantum Regularibus, Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10. Miranda in man. Pralat. tom. 1. cap. qu. 38. art. 9. concl. 2. Gratian. d. tom. cap. 731. num. 7. Campan. d. tr. rubr. 6. cap. 2. Tambur. d. tr. tom. 2. dist. qu. 7. num. 1. Barbof. 2. lib. & cap. num. 66. (nonno-

Eo cc 3

vitius,

VINUS
TSONUS
Ecclesiast

IV.

Z

vitiis, Miranda. d. qu. 38. art. 9. concl. 2. in fin. Sayr. de censu lib. 4. cap. 13. num. 5. Fr. Emman. d. tract. tom. 3. qu. 23. art. 2. Tambur. d. tom. 2. disp. 2. qu. 27. Ordines minores, ac ea omnia, quæ sicut minorum illorum præstare & conferre. d. c. 1. de suppl. negl. Pralat. Scipio de Rubis in Aphorism. Episcop. verb. Abbas. num. 54. Cochier de jurisd. Ordin. in exempt. part. 4. qu. 78. num. 2. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 38. art. 3. conclus. 3. Hieron. Roderic. in compend. Quest. Regul. resolut. 1. num. 3. Petr. Gregor. d. loco. Abbatum enim promotionem benedictio non facit Episcopalis, sed Fratrum communis electio. Chopin. in suo Monast. lib. 2. tit. 1. num. 7. Nam, ut jam dictum, Abbas quis dicitur ante benedictionem; d. c. meminimus. de accusat. d. Clem. attendentes. §. Statuimus de statu Monach. & potest uti insigniis Pontificalibus: Curia d. Clem. attendentes. §. Statuimus. qu. 5. & seq. Felin. in c. eam te. num. 7. vers. tertio restringitur. de rescript. Tambur. d. tom. 1. disput. 11. qu. 6. & in propria Ecclesia, sed post Missarum solemnias, vespersas & Martinarum officia, tantum, non alibi, nec alio tempore, nisi hoc specialiter ab Apostolica Sede sit concessum, benedicere; d. c. Abbat. Chopin. Monast. lib. 1. tit. 2. num. 18. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 18. art. 1. Tamburin. d. tract. tom. 2. disput. 2. qu. 7. non tamen, præsentia Episcopo, vel majore alio Ecclesiæ Prælato; can. denique dist. 21. can. ministrare. 26. qu. 6. can. cum ad celebrandus. de consecrat. dist. 1. postquam ex consuetudine, sacras vestes & Pallas Altaris Ecclesiarum sibi subiectarum, Sylvest. in Sum. verb. Benedictio. num. 5. Suarez. de verb. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 30. num. 2. nec non corporalia, Angel. in Sum. verb. Benedictio. num. 2. benedicere; imò, si Pontificalia ipsis concessum exercere, possunt benedicere omnia, illis, in quibus unctio requiritur, exceptis: Concil. Trident. d. sess. 22. cap. 10. Suar. d. tom. 6. tract. 8. lib. 2. cap. num. 2. Novar. d. verb. benedicere. num. 4. Nisi ad hoc speciale habeant à Pontifice privilegium. Tambur. d. tract. tom. 1. disput. 23. qu. 2. usque ad 14.

Abbatum dignitas & potestas in Monachos & Monasteria tantum, tantum quanta est Episcoporum in subditos & Diocesis; in absolutionibus, & dispensationibus præcipue.

22 In absolutionibus: Absolvunt enim Monachos suos, à peccatis omnibus

CORVINUS
De Person. Ecclesiast.
et Beneficent.

G

omnibus, & censuris, sed alteri à jure specialiter non reservatis: *Suar. d. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 20. 2. & 3. Tambur. d. tom. 2. disp. 14. quest. 12.* à sententia excommunicationis pro injuria Clericorum, et si reservetur Pontifici Romano: *c. monachi. de sent. excomm. Suar. tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 73. cum seqq. Tambur. d. tom. 2. disp. qu. 10. per tot. à votis & juramentis, Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 1. cap. 18. qu. 4. Fr. Emman. d. tom. 1. qu. 25. art. 7. Lessius de Just. & Jure. lib. 2. cap. 40. dubit. 13. num. 107. Jacob. de Graffis. in suis decision. part. 1. lib. 2. cap. 31. num. 18. Reginald. in praxi forensi. lib. 1. 8. num. 340. etiam subditos Laicos, habeant territorium cum Jurisdictione Episcopali. *Sylvest. in Sum. verb. votum. 4. qu. 3. disp. 4. Navar. in man. Pralat. cap. 12. num. 75. Azor. d. lib. 11. cap. 19. qu. 2. Suar. d. tom. 2. de Religios. tract. de voto lib. 6. cap. 10. num. 13. cum seqq. Sanchez. in precepta Decalogi. tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 19.**

In Dispensationibus; Dispensant cum novitiis, ut promoveantur ad Sacros Ordines: *can. Monachis dist. 77. quod per Concilium Tridentinum correctum, ut suo loco diximus, cum Monacho à Religione Apostata, ut possunt in Ordinibus ministrare & ad Ordines majores promoveri: c. fin. de apostat. Aldrete de Relig. discipl. tuenda. lib. cap. 18. num. 18. Seyr. de censur. lib. 4. cap. 13. Decian. tract. cum. lib. 5. cap. 73. num. 18. cum monacho; sed cum Episcopi consensu, ut dignitates Ecclesiasticas possit consequi: can. 1. dist. 58. in irregularitate leu. c. cum illorum. & ibi Hostiens. Panorm. & alii. de sent. excomm. ut monachus habeat cellam in monasterio ab aliis separatam: can. fin. 20. qu. 4. in jejuniis, ciborum delectu; can. non mediocriter can. carnem. can. nunquam. de consecrat. dist. 8. c. cum ad monasterium. vers. quanquam. de sacra Monachor. silentio, operibus manuum, & tribus votis substantibus exceptis, in aliis, ad quæ tenentur ex regula. *Clem. 1. S. sanè. ad Barbof. d. lib. 2. cap. num. 76. cum seqq.**

Præterea Abbates, qui Ordinarii sunt & jurisdictionem habent quasi episcopalem, possunt quoque hæc, quæ jurisdictionis sunt, regulariter exercere, quæ Episcopi in sua diocesi. *Gloss. Bonifac. & alii in Clement. 1. verb. proprii. de reb. Eccles. non alienand. Navar. conf. 5. de sponsal. num.*

VINUS
TSONUS
& Ecclesiam

IV.

Z

num. 4. Sigism. à Bononia. de elect. dub. 51. num. 3. Tambur. d. tom. disp. I. qu. 3. & tom. 2. disp. I. qu. 5. num. 7.

Hinc, Jus habent visitandi; Flores de Mena var. res. lib. 3. qu. 2. num. 23. Synodum congregandi; Synodales constitutiones faciendi; Balb. de prescript. I. part. 5. qu. II. Botte. de Synodo. part. 2. à num. 40. Flores de Mena d. qu. 24. num. 3. si habeant provinciam; Congreg. 17. Aug. 1616. Garc. de benef. part. 9. cap. 2. num. 131. Clericis secularibus sibi subditis litteras dimissorias concedendi; Campan. in divers. Jur. Canon. rub. 9. cap. 8. num. 4. Tambur. d. tom. 2. disp. II. qu. 36. num. 2. Confessarios ad secularium intra suos terminos confessiones audiendas approbandi; Suar. de censur. tom. 4. in 3. part. disp. 28. sect. 5. num. 3. Reginald. in d. praxi. lib. I. num. 182. Campan. d. tract. rubr. 13. num. 26. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 2. disp. 25. num. 5. denuntiationes matrimoniales, virtute Concilii Tridentini sess. 24. de reform. cap. I. remittendi; Fr. Emman. tom. 2. sum. cap. 217. num. 4. Molina de ritu Nupt. lib. 2. differ. II. num. 6. alique aliter per Barbof. d. jur. Eccles. univ. lib. & cap. 17. num. 37. matrimonium contrahentis interessendi; Concil. Trident. d. sess. & cap. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 28. num. 6. Gutier. de matrim. cap. 66. num. 6. Bep. Pent. de imped. matrim. cap. 26. §. 6. vers. Idem quod. absolventi, dispensandi in casibus in quibus Episcopi, Gambar. de offic. & potest. Legati de Later. lib. 10. num. 432. Flores de Mena variar. resolat. lib. 3. qu. 24. num. 18. vid. Fr. Emman. d. tom. 1. quest. irregular. qu. 34. art. 13. & 17. & qu. 61. art. 9. Sayr. in Clavi Regia lib. 6. cap. 11. Barbof. d. lib. & cap. 99. Prædicatores in suo districtu ad prædicandum remittendi; eos examinandi; approbandi; Flores de Mena d. qu. 24. num. 19. Ecclesias uniendi; Idem d. loco. num. 15. commendandi; Idem d. num. 16. beneficia curata conferendi; can. 2. can. fin. & ibi Gloss. 16. qu. 1. Paris. consil. 35. num. 8. & 9. lib. 4. Conciliis Generalibus, cum repositiva decisiva interessendi; Panorm. in qu. 50. dub. 2. num. 28. per can. venientibus. I. qu. 7. Villadieg. de Legato. cap. 10. à num. 4. Campos. tract. de Concil. cap. 7. num. cum seq. Diss. Jacobat. tract. de Concil. lib. 2. num. 2. à num. 38. in simplicium beneficiorum permutationibus & reversionibus auctoritatem interponendi; Barbof. d. tract. de offic. & potest. Episc.

Cor
De Pe
et Benef

G

Episc. part. 3. alleg. 69. num. 4. cum seq. voluntates ultimas ad pias causas exequendi; Abbas Archidiaconus. Barbat. & Covar. num. 1. in c. Johanne. de testam. de causis matrimonialibus cognoscendi; Barbof. d. part. 3. alleg. 84. num. 5. indulgentias dandi; per alium, ea quae sunt Ordinis Episcopalis exercendi; c. accendentibus. de excess. Præbator. Ant. de Rosell. tract. de indulgent. num. 34. Barbof. d. part. 3. alleg. 88. num. 17. Clericorum degradationi, si usum Mitrae & Baculi habeant, intercedendi; Conc. Trident. sess. 13. de reform. cap. 4. Suar. de censur. tom. 1. disp. 30. sect. 1. num. 20. Barb. jur. Eccl. un. d. lib. 1. cap. 17. num. 91. Multas Capellaniarum & anniversariorum iusta de causa ad minorem numerum reducendi. Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 242. num. 13. & qu. regul. tom. 1. qu. 43. art. 13. Regin. d. locolib. 23. num. 239. Tam. d. tom. 2. disp. 5. qu. ult. Barbosa. d. tract. part. 2. alleg. 29. num. 12.

Abbatibus quoque nonnulla precipiuntur, nonnulla prohibentur.

Precipitur, ut ad Synodum Dioecesanam aut provincialem, si 25 curatas habeant Ecclesias, accedant, c. quod super his de major. & obed. hodie, post Concilium Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 2. etiam si sint exempti: Ugolin. de potest. Episc. cap. 48. §. 2. num. 1. Cochier de juris. Ordinar. in exempt. part. 4. qu. 19. ut Monasteria sibi subdita vitent; Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 20. Barbof. in collect. ad c. ult. num. 3. de statu monach. ut in iis sacrae Scripturae habeatur lectio, vident; d. Concil. Trid. sess. 5. de reform. cap. 1. vers. in monasteriis quoque Episc. de visit. lib. 2. qu. cap. 15. num. 3. Barbosa. de offic. & potest. Episc. d. part. 3. alleg. 56. num. 16. in habitu decenti in Ecclesia incedant; d. Rit. Congr. 9. Maji 1613. praesente Episcopo in loco inferiore sedeant; d. Rit. Congr. 18. Martii 1617. denique ut omnia, quae supra de vita & statu Regular. retulimus, vitent, vel servant.

Prohibetur; Nè Prioratibus & aliis beneficiis suorum subdito-26 rum pensiones novas imponant, veteres augeant; c. prohibemus. de censur. Clem. un. de supplend. neglig. Pralat. nè sine consensu Capituli in Ecclesiis, in quibus jus habent patronatus, Clericos praesentent, c. quae noscitur. de his quae fiunt à Pralat. nè aliquem de sacro fonte suscipiant,

F f ff

VINUS
 TSONUS
 Ecclesiarum
 IV
 Z

ant, can. non liceat. de consecrat. dist. 4. Tambur. d. tom. 2. disp. 4. q. 2.
 Sanch. in prac. Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 24. ne publicas par-
 tentias injungant, indulgentias concedant, aut similia alia dignitas
 Episcopalis, eis non permiffa, exerceant, c. accedentibus de excep.
 Pralator. ne secularibus, aut etiam regularibus sibi non subditis Or-
 nes minores conferant. c. Abbates. de privileg. in 6. ut & supra diximus
 nè, cum celebrant, duos Diaconos, ut Episcopus, assistentes habeant
 S. Rit. Congreg. 28. Januar. 1606. nec baldachino utatur: Barbos.
 lib. 6. cap. num. 59. vers. Baldachino.

TITULUS XV.

De Prioribus & Prapofitis Religionum

SUMMARI A.

- | | |
|----------------------------------|----------------------------------|
| 1. <u>Priores qui.</u> | 12. <u>Cujus hi debent</u> |
| 2. <u>Quotuplices.</u> | <u>qualitatis.</u> |
| 3. <u>Claustales qui;</u> | 13. <u>Quæ ad Prapofit-</u> |
| 4. <u>Conventuales qui.</u> | <u>rum Regularium et</u> |
| 5. <u>Perpetui sunt.</u> | <u>tionem requirebant</u> |
| 6. <u>In dignitate sunt.</u> | <u>olim.</u> |
| 7. <u>Seculares Priores qui.</u> | 14. <u>Vi Concilii Tridenti-</u> |
| 8. <u>An non aliquando Prio-</u> | <u>ni vota secreta.</u> |
| <u>ratus est Regularis.</u> | 15. <u>Secreta Electio qua-</u> |
| 9. <u>De Prapofitis; et an</u> | 16. <u>Quæ non.</u> |
| <u>Prapofitura fit Digni-</u> | 17. <u>Eligendi quales</u> |
| <u>tas.</u> | <u>debeant.</u> |
| 10. <u>Seculares Priores qui</u> | 18. <u>Prapofitorum Offi-</u> |
| <u>Rurales.</u> | <u>um quod.</u> |
| 11. <u>Qui Collegiales.</u> | |

Cor
 De Pe
 et Bene

G